

ostendit, nisi quod Diabolus ipsum impie-
tate vincit. Diabolus enim crucem execra-
tur, quia timet, et timendo honorat; Calvi-
nus execratur, quia despicit, atque irridet.
Ibi etiam §. 13. dicit, primis quingentis an-
nis nullas fuisse imagines in templis Chris-
tianorum, quod est insigne mendacium,
etiam ipso Calvinio teste; nam in prefat. In-
stit. dicit, Epiphanius in epist. ad Joannem
Hierosolymitanum scribere, se in templo vi-
disse imaginem Christi, aut nescio cuius
Sancti pendere. Et pratera Lactantius in
carmine ad crucifixum, Basilius in oratione
in Barlaam, circa finem; Nyssenus oratione
in Theodorum, non procul ab initio; Paulinus
Natali X S. Felicis; Prudentius de S.
Cassiano; Evodius lib. II de miraculis S.
Stephani; Athanasius, sive quicunque est
auctor questionum ad Antiochum q. 46. doc-
tent, suo tempore imagines Sanctorum
fuisse in templis: istos autem omnes vixisse
ante milie et centum annos, notissimum est.
Addo quod Nicephorus lib. XIV, cap. 2. di-
cit, imaginem B. Marie a S. Luca depictam,
positam fuisse in templo, quod Pulcheria
soror Theodosii Constantinopoli extruxit in
honorem B. Virginis.

XIX. Lampetiani docuerunt, Monasteria
debet esse libera, id est, sine votis perpet-
uis; ita refert Damascenus lib. de centum
heres, circa finem. Idem hoc tempore Lu-
therus, qui in lib. de votis monasticis dicit,
non posse voveri pie in Monasteri, nisi hac
forma: Voveo castitatem, paupertatem, et
obedientiam usque ad mortem, libere, id est,
ut mutare possim, quando volo.

XX. Quorundam, qui negabant, Eucha-
ristiam vere esse carnem Christi, et tantum
esse volebant figuram, seu imaginem corpo-
ris Christi; ita refertur in VII Synodo act. 6.
tom. 3. Et longe antea ex Ignatio idem re-
fert Theodoreus in Dialogo, qui dicitur Im-
punitilis. Hanc heresim docent hoc tempore
Zwinglius in lib. de verbis Coenae Domini, et
Calvinus lib. IV Inst. cap. 17. §. 42.

Habemus hactenus viginti Heresiarcha-
rum hereses, que damnata sunt ab Eccle-
sia, qua fuit primis 700 annis, quas heres-
es cum nos pro heresis, adversari nostri
pro artibus fidei habeant, sequitur nostri
doctrinam, conspirare cum doctrina
antique Ecclesie, Adversariorum autem
cum heresis antiquis.

Hieronymus in epist. ad Damasum de hy-
postasi nomine: « Hic, inquit, in tres par-
tes scissa Ecclesia, me ad se rapere festinat.
Ego interim clamito: Si quis Cathedra Pe-
tri jungitur, meus est. Meletius, Vitalis, al-
que Paulinus tibi herere se dicunt. Possem
credere, si hoc unus assereret; nunc aut
duo mentiantur, aut omnes. » Et in epist.
superiori: « Ego, inquit, Beatitudini tua,
id est, Cathedra Petri communione conso-
cio: Super illam petram ædificataam Eccle-

CAPUT X.

Nota septima.

Septima Nota est unio membrorum inter
se et cum capite; nam Ecclesiam esse unum
corpus, unam sponsam, unum ovile, passim
Scriptura docent, ad Rom. XII, Cantic. VI,
Joan. X, et in Symbolo Constantiopolitano,
dicitur unam Ecclesiam. Praecipua autem
unitas corporis consistit in conjunctione
cum capite et inter se. De utraque
unione dicendum est, et primum de pri-
ma: Sed quoniam de capite Ecclesie, qui
est Romanus Pontifex, albi disserimus, hic
solus, aliquot in medium alatis testimonis
Patrum, ostendemus, apud veteres semper
fuisse habitam pro nota vere Ecclesie con-
junctionem cum Romano Pontifice.

Irenaeus lib. III, cap. 3. aperte dicit, ad
Romanam Ecclesiam, propter potiorem
principalitatem, necesse esse omnem conve-
nire Ecclesiam, id est, eos, qui unde sunt
fideles. Cyprianus lib. I, epist. 3: « Post
ista, inquit, adhuc insuper Pseudoepiscopo
sibi ab hereticis constituto, navigare au-
dient, et ad Petri Cathedram atque Eccle-
siam principalem, unde unitas sacerdotalis
exorta est, a schismatis et profani litteras
ferre, nec cogitare eos esse Romanos, ad
quos perfidus habere non possit accessum. »
Et lib. IV, epistol. 8. de Cathedra Romani
Pontificis loquens: « Scimus, inquit, hortato-
nos esse, ut Ecclesia Catholica matricem et
radicem agnoscerent et tenerent. » Ambro-
sius in oratione de obitu Satyri: « Ro-
gavit, inquit, si cum Episcopis Catholicis,
id est, si cum Ecclesia Romana consenti-
ret. »

Hieronymus in epist. ad Damasum de hy-
postasi nomine: « Hic, inquit, in tres par-
tes scissa Ecclesia, me ad se rapere festinat.
Ego interim clamito: Si quis Cathedra Pe-
tri jungitur, meus est. Meletius, Vitalis, al-
que Paulinus tibi herere se dicunt. Possem
credere, si hoc unus assereret; nunc aut
duo mentiantur, aut omnes. » Et in epist.
superiori: « Ego, inquit, Beatitudini tua,
id est, Cathedra Petri communione conso-
cio: Super illam petram ædificataam Eccle-

CAPUT X.

387

siam scio. Quicumque extra hanc domum
agnum comedenter, profanus est; Si quis in
Arca Noe non fuerit, peribit regnante dilu-
vio. Non novi Vitalem, Meletium respuo,
ignoro Paulinum. Quicumque tecum non
colligit, spargit, id est, qui Christi non est,
Antichristi est. » Et in epilogio Marcellar-
is scribit, S. Athanasius et ejus successorem
Petrum, Alexandrinos Episcopos, persecu-
tionem Arianae hereses declinantes, tam-
quam ad tulissimum suæ communionis por-
tum, Romanum confugisse.

Optatus lib. II contra Parmen. a principio
per aliquas paginas, docet, vere Ecclesia
dotem primam et praecipuum esse Cathedra
Petri, que Roma est, et inde probat,
Donatistas non pertinere ad Ecclesiam veram,
qua non essent conjuncti cum Siricio,
qui tunc sedebat in Cathedra Petri.

Augustinus in epist. 162. loquens de Ce-
ciliano Episcopo: « Qui, inquit, posset non
curare conspirantem multitudinem inimicorum,
cum se videtur Romana Ecclesia, in
qua semper Apostolice Cathedrae viguit
principatus, per communicationis litteras
esse conjunctum? » Et in Psal. cont. partem
Donati: « Venite fratres, si vultis, ut inser-
mini in vita. Dolos est, cum vos videamus
præciosos ita jaceret! Numerate Sacerdotes,
vel ab ipsa Petri sede, in ordine illo Patrum
quis, cui successor sit, videte: Ipsa est petra,
quam non vineunt superbæ inferiorum por-
tae. » Leo epist. 87. ad Episcopos Viennensis
provinciae: « Predicationis, inquit,
Evangelii Sacramentum ita Dominus ad om-
nium Apostolorum officium pertinere voluit,
ut in beatissimo Petro Apostolorum omnium
summo, principali collocaret, ut ab ipso
quodam capite dona sua, velut in corpus
omne diffunderet, ut ex ore mysterii in-
telligeret esse divini, qui ausus fuisset a Pe-
tri soliditate recedere. »

His adde experientiam: Videmus enim
omnes illas Ecclesias, que ab isto capite se
diviserunt, tamquam ramos præciosos a ra-
dice, continuo aruisse. Certe Ecclesia Asia-
tica et Africana, que quandam ita flo-
reant, ut numerosissima Concilia celebrarent,
et semper haberent multis homines, vel
doctrina, vel sanctitate, vel utroque Dei mu-
nere clarissimos, ab eo tempore, quo a Ro-
mana Ecclesia schisma fecerunt, nulla Con-
cilia celebrarunt, nullos habuerunt homines

(1) Matth. XII, 25; I. Cor. XIV, 33.

fama sanctitatis aut doctrine toti orbi no-
tos, et nunc in summa ignorantia versa-
tur.

Veniamus nunc ad concessionem membro-
rum inter se. Certum est, Concordiam esse
signum Regni Dei, quod stare debet in ater-
num: Discordiam autem, Regni Diaboli,
quod tandem ruere debet. Unde Matth. XII:
Omne Regnum in seipsum dividum, desolabitur.
Et I. Corint. XIV: *Non est dissensionis Deus,*
sed pacis (1). Et B. Augustinus lib. XVIII de
Civit. Dei, cap. 32, dicit, Diabolus eupivisse
per hereticos efficeret, ut in Ecclesia Christi
essent libere dissensiones, quomodo erant
in Academis Philosophorum: ut sicut illæ
per multas divisiones tandem intereant, et
ab invicem consumuntur, ita fieret in Ec-
clesia.

Jam ex hac nota clarissimum est, nostram
Ecclesiam solam esse veram Dei Ecclesiam:
Si quidem in nostra Ecclesia in primis om-
nes Scriptores sacri mirifice inter se con-
sentient, sicut fuerint homines diversi, et in
locis, temporibus, ac linguis diversi scripsi-
rent, quod pro re plane dicitur B. Augusti-
nus lib. XVIII Civ. Dei, cap. 41. Deinde
omnia legitimorum Conciliorum et Pon-
tificum decretalia etiam in omnibus dogmati-
bus inter se convenient, licet edita sint a di-
versis hominibus, diversis locis, temporibus,
occasionalibus, et contra diversissimas, imo
sepe contrarias hereses. Quod est apertum
signum unius et ejusdem Spiritus sancti,
hanc Ecclesiam gubernantis. Hoc autem
esse verum, ostendit diligentia hereticorum,
qui licet omnia diligenter evolverint, tamen
non invenerunt quidquam ullius momenti,
quod reprehendere possent; ut in disputa-
tione de Concilio ostendimus.

Denique, nunc omnes Catholicci, toto orbe
dispersi de omnibus dogmatibus fidei sen-
tient idem: Nec possunt alter sentire, cum
omnes subiiciant sensum suum sensui unius
et ejusdem summi Pastoris ex Cathedra Pe-
tri cum consilio aliorum pastorum Ecclesiam
dirigentis.

Quod autem nulla unquam fuerit secta
Genilium, vel Hereticorum, in qua talis
consensio esset; facile potest ostendere. Ae-
primus de Paganorum sectis, docet Augus-
tinus serm. 41. de verbis Domini, ad eam-
dem religionem apud eos Junonem et Her-
culem, aliasque Deos inter se dissidentes, et

etiam belligerantes pertinuisse. De Philosophis notum est omnibus adeo, ut Basilius orat. 1. de opere sex dierum dicat, non esse opus, ut nos pugnemus contra Philosophos, cum illi mutuis dissensionibus sufficient ad suam ipsorum doctrinam evertendam : De quo etiam vide Theodoretum lib. de fide, et Augustinus lib. XVIII de Civ. Dei, cap. 41.

Eundem fuisse morem omnium hereticorum certissimum est; Nam Irenaeus lib. I. cap. 21. et sequentibus docet, heresim Simonis primi heresiarche mos divisam, et inde nata esse sectas Menandrianorum, Basidianorum, Saturninianorum etc. Item lib. I. cap. 5. scribit de Valentiniis, quod cum essent plurimi, vix duo aut tres inter se conveniebat in omnibus dogmatibus. De Donatistis scribit Augustinus lib. I de Baptismo, cap. 6. heresim Donatistarum in multa minutissima frusta concisam fuisse suo tempore.

Marcionistas mox divisos fuisse, et inde natos Lucianistas, Appelianos, et Severianos docet Epiphanius lib. I, tom. III contra hereses. Montanistas divisos esse in Pupilianos, Artoiyritas, Phrygastas etc. scribit Epiphanius lib. II, tom. I. Manicheos quoque in sectas divisas testatur Augustinus lib. de heres. cap. 46. Messalianos autem divisos in Martyrianos, Sathanianos, Entusiastas, docent Epiphanius heres. 80. Theodoretus lib. IV de heretice, fabul. Ariani mox divisi sunt in Acacianos, Macedonianos, Eu-nomianos, ut patet ex Ruffino lib. X hist. cap. 23. Idem etiam Ariani singulis fere annis fidem mutabant, ut scribit Hilarius in utroque libro ad Constantium. Pari ratione Eutychiani ita divisi fuerunt, ut omnes fere sectae, quae postea existerunt in Oriente, sint proles Eutychianorum, ut patet ex Evagri lib. III et IV histor. et ex Damasceno lib. de centum heresibus.

Denique nostro tempore constat ex Fride-rico Staphylo in libello de Concordia disci-pulorum Lutheri, Lutheranos viximus natos, dividi cōpissem in Anabaptistas, Confessio-nistas, et Sacramentarios; et rursum singu-las sectas in alias et alias usque ad 34, et hoc quidem tempore Staphyli; Nunc autem numerantur ferme 100 diversissimae sectae ab uno Lutherodependentes. Id quod sit magna prouidentia Dei; nam hoc modo hereses se-ipsas consumunt; divisio enim earum non

est Mathematica, quae procedit in infinitum. Unde Isaiae XIX dicitur : *Concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios* (1). Et Hilarius lib. VII de Trinitate : « Bellum hereticorum, inquit, pax est Ecclesiae. »

Addit, quod iudicem etiam auctores hereticorum secum non consentiant, quae est certissima nota false doctrina, ut ipsem Lutherum ait in lib. de votis monasticis : « Meadacia, inquit, certius dignoscere non potes, nisi quando sibi metipsis contraria sunt. A Deo enim ita ordinatum est, ut impii semper scipios confundant, et quod mendacia non consentiant, sed semper contra semetipsa testentur. » Porro Lutheri contradictiones innúmeras collegit Joannes Cochleus in Septicipite. Ubi ad finem adjecti 36 varias sententias unius Lutheri de uno articulo, id est, de communione sub utraque specie. Confessionem quoque Augustanam, quam omnes pro sacrosancta habent, ita immularunt, et varie ediderunt, ut nesciant ipsi, quae sit vera Confessio Augustana, de qua re consulit Harmonianus Andreae Fabritii Leodi, ubi videbis præter cetera editionem anni 30; et editionem anni 40, quarum una duplo est major altera.

Sed ad hoc argumentum adversarii respondent ut possunt. Calvinus in primis in prefatione Instit. dicit, non esse mirum si ex religione sua mox orientarum divisiones, et sectae contrarie. Nam id accedit etiam Ecclesiæ Apostolorum; Ex ea enim prodierunt Simonianoi, Niclaeitæ etc. semper enim Dia-bolus, ubi videt bonum semen seminari, accedit, et supersemper zizania. Deinde, idem Calvinus lib. IV Instr. cap. 13, §. 14. dicit ex haec nota colligi, non esse apud nos veram Ecclesiam. Nam tot sunt apud nos schismatiticorum conventione, et divisiones, quot sunt monasteria. Olim enim Monachivivent qui dem separati ab aliis, sed non percepient Sacramenta separatis; imo concurvant ad Ecclesiæ ordinariorum ministrorum, et ibi cum reliqua plebe sacris intererant. Nunca autem singula monasteria sibi privatum altare erexerunt, et Sacramenta percipiunt separati a populo Christiano, quod etiam non minoribus testantur, cum aliis Benedictini, aliis Franciscani, aliis Dominicanici dicantur. Tertio addunt ali, plures apud nos esse sectas, Thomistarum, Scotistarum, et similium, quam apud illos.

(1) Isa. XIX, 2.

Respondeo ad primum, hoc esse discrimen inter divisionem hereticorum ab Ecclesia, et divisionem ab aliqua heresi, quod in Ecclesia Catholica inventur certa regula compendiarum controversiarum, id est, sententia summi Pastoris, vel Concilii plenarii, et ideo non oritur ex doctrina Ecclesiae divisionis, sed ex sola malitia Diaboli. Preterea undecimque oriatur, mox damnatur, et ejectedo heretici scissura resarcitur, nec ulterius in ipsa Ecclesia progradientur. At apud hereticos non est illa regula finiendarum controversiarum. Quisque enim se præponit alii, et quisque vult esse judex aliorum, et inde fit, ut ordinari quilibet nova heresiam statim pariat alias, et alias, donec per multas divisiones consumatur, ita ut miraculum videatur, si aliquia heresies diutius durent. Itaque Ecclesiæ doctrina per se sigilit unionem, et conjunctionem amitorum: heresies per se, et ex propria sua natura divisiones, et schismata germinat. Cum ergo videamus more aliarum heresum, secundum Lutheranum mox divisionem fuisse in tam nullas alias sectas, et quotidie magis, et magis dividit, nec sperari ab illis ullum finem divisionum, merito iudicamus eos hereticos, et tandem penitus initeruntur nomen Lutheranum.

Ad secundum argumentum dico, in primis esse mendacium Calvini, quod antiqui Monachi non habuerint proprium altare, sed acceperint Sacra menta in Ecclesiæ ordinariorum parochorum. Nam Epiphanius in epistola ad Joannem Hierosolym. testatur, se in Monasterio S. Hieronymi ordinasse Presbyterum Paulinianum, qui in ipso Monasterio Sacra menta conficeret catetis Monachis, quia S. Hieronymus præ humilitate nimia non audebat sacrificia altaris offerre. Item Cassianus collat. 18. quae est Abbas Pyamonis, c. 15. narrat in ipsa Eremo habuisse Monachos suo Presbyteros, etiam Monachos, qui Sacra menta catetis ministrabant. Augustinus lib. I. de moribus Ecclesiæ cap. 31 et 33. docet non solum in solitudine, sed etiam in urbibus ut Mediolani, et Romæ habuisse Monachos in suis cenobis præpositum Presbyterum; qui sine dubio ideo Presbyter erat, ut in cenobio Sacra menta conficeret, et non cogenerant Monachi egredi e Monasteriis, ut irent ad Ecclesiæ. Denique Joannes Damascenus in historia de Barlaam et Josaphat scribit, Barlaam Eremitam in sua cella sacrificium Missæ celebrasse, praesente solum ministro suo Josaphat.

Rursus inter Confessionistas Lutheranos, rigidi, et molles gravissime contendunt. Id apparet ex libris Joannis Wigandi, et Illyrici contra Georgium Majorem, et Philippum Melanchthonem, et horum contra illos. Centuriatores in prefatione V. Centuriæ de se sic aiunt : « Etsi sunt aliqui adhuc Doctores

Dico secundo, schismaticum non fieri ul- lum propter diversum altare materialiter, sed formaliter, alioqui omnes parochi essent schismatici, quia habent diversa altaria in eadem civitate. Et omnes Episcopi essent schismatici, quia habent altaria diversa in civitatibus diversis. Soli igitur illi schismatici sunt, qui ita erigunt altare proprium, ut altare aliorum profanum censeant. Denique Monachos hujus temporis non esse schismati-cos ex eo perspicuum est, quod parent uni summo Pontifici, ordinantur Presbyteri ab Episcopis ordinariis, denique frequentantur a populis. Porro nomina illa Benedictinorum, Franciscanorum, Dominicanorum de-sumpta sunt non ab auctore doctrinæ, sed ab institutore severioris disciplinæ, ut no-tum est.

At tertium dico, Thomistas et Scotistas non dissentire, nisi in iis rebus, quæ ad fidem non pertinent, ut B. Augustinus dicti de dis-sentionibus Doctorum sui temporis lib. I. contra Julianum; et propterea semper sub-jiciunt se, et sua Ecclesiæ definitionem omnes Catholicos. Prout etsi verbis interdum pug-nare videant, re tamen ipsa in rebus fidei omnes convenient; cum omnes id unum credere se profiteantur, quod in Ecclesia Catholica Romana credendum esse iudicatum fuerit.

At heretici de rebus fidei præcipuis dis-sentiant, et unus habet alium pro heretico, et tamen eundem Lutherum patrem agnos-cunt. De quo vide Hosium, lib. I. contra Brentium, et Canisium in prefatione librorum Vega Colonie excusorum. Neque id ad- versarii infœjari illa ratione possunt : Sigui-dem primum non negant, Anabaptistas hereticos esse Lutheranis et Zwinglianis, et contra; et tamen ex eodem Luthero omnes pro-diuerterunt. Deinde Zwingiani sunt heretici Lutheranis ceteris, ut patet ex testamento Brentii, et multis Lutheri libris. At Zwingiani, et Calvinistas non audent Lutherum ex-crari, et tamen in rebus gravissimis ab eo dissettant, ut patet ex libris Calvini, Beza, Martyris, de coena Domini, et de loco cor-poris Christi.

Rursus inter Confessionistas Lutheranos, rigidi, et molles gravissime contendunt. Id apparet ex libris Joannis Wigandi, et Illyrici contra Georgium Majorem, et Philippum Melanchthonem, et horum contra illos. Centuriatores in prefatione V. Centuriæ de se

Ecclesie Dei in variis locis dispersi, tamen non tantum a filiis hujus saeculi, quibus hoc solempne est, sed etiam a propriis synergis, et confratribus irridentur, molestantur, affiguntur, debilitantur, et franguntur, dum eos Stoicos, et seditionis proclamant: dum seditionis, et heresem crimina eis impingunt.

Joannes Wigandus in lib. de error. Georgii Majoris: « Tu, inquit, Georgi, es ille vir, qui turbat Israel, non nos, qui te monemus de fidelis erroribus pugnantibus cum verbo Dei. Nam tu ista zizania et tetro errors, in Ecclesia Dei libris editis, longe, lateque disseminas, ac plantas. Nos vero Ecclesiam Dei hortamus, ut in vera, et semel agnita, atque accepta puritate doctrinam a Deo per salutare organum Lutherum persit. » Et infra: « Non sunt lana, neque linum, de quibus hic discepuntur, sed de gravissimis doctrinae Christianae capitibus, que a Majore, et aliis fidei depravantur. » Et infra post quartum errorem: « Major, inquit, ingenti audacia gloriatur, se non plenum quidem de doctrina Lutheri discessisse, et interim tam Lutheri doctrinam de servo arbitrio, reprobante, et Diabolo in cathedra Lutheri sedem attribuit. » Et infra post septimum errorem: « Hos perniciosos errores, inquit, Majoris, vir Dei, Lutherum tum in scriptis suis, tum disputationibus publice refutavit, et expedit. »

Praterer inter ipsos rigidos quæstio gravissima orta est de peccato originis; Nam Illyrici contendit peccatum originis esse substantiam, et contrariant sententiam vocat spectra Pelagiana. Contra vero Joannes Wigandus, Tilmannus Heshusius, et alii scribunt contra Illyricum, ut contra manifestum Manicheum. Certe Heshusius initio antidoti contra Illyricum, docet istam quæstionem ad fundamenta fidei pertinere.

Denique ex eadem provincia Saxonia, intra decem annos prodierunt contradictoria sententias publico nomine editæ, de re omnium gravissima. Nam in Synodo Dresdeni, anno 1571 celebrata, communis consensu exploserunt sententiam Brentii, Illyrici, et aliorum de persona Christi, et tamen illam ipsam sententiam a se damnatam, anno 1580 in lib. Concordie publice receperunt; et tam Synodus, quam Concordia Wittembergi impressa sunt, et ejusdem Principis auctoritatem præ se ferunt.

CAPUT XI.

Nota octava.

Octava Nota est Sanctitas doctrinae. Vera enim Ecclesia non solum est Catholica, Apostolica, una, sed etiam sancta, ut habet Symbolum Constantinopolitanum. Constat autem sanctam dicti Ecclesiam, qui professio ejus est sancta, nihil continens falsum quod fideli doctrinam, nihil injustum quod doctrinam morum. Unde in Psalm. XVIII, appellatur lex Domini immaculata, testimonium fidei, præceptum Domini lucidum. Ex hac nota evidenter ostenditur nullam esse veram Ecclesiam, nisi nostram. Nulla enim est secta vel Paganorum, vel Philosophorum, vel Judæorum, vel Turcarum, vel hæreticorum, quæ non contineat aliquos exploratos errores, et recte ratione manifeste contrarios.

De Paganiis multorum Deorum cultoribus ostendit quam absurdæ, ac turpia senserint Minutus Felix in Octavo, Arnobius lib. IV, V, VI et VII contra Gentes; et Augustinus lib. VII de civitate Dei, per totum, nec ullus de hac re hoc tempore dubitat.

De Philosophiis antiquis idem docet Theodoretus in lib. de legibus, qui estonus ad Graecos; ubi docet, Lycyri legibus permitti adulteria: legibus Persarum, permitti incestas nuptias cum matribus, filiabus, sorribus: legibus Massagitarum, mortuuros et senes a propinquis devorari: legibus Tharenorum, dejici senes ex aliis turribus: legibus Hyrcanorum, projici cadavera hominum canibus: legibus Seytharum, cum mortuis sepeliri vivos, qui ab eis dilecti fuerant: legibus Platonis, quæ visæ sunt omnium optimæ, horrenda vita prescribit, vel laudari, ut communione uxorum, nefandam libidinem, extinctionem conceptuum, cades infantium, et similia.

De Mahometanis idem patet ex Alcorano. Nam cap. 2. docet omnes salvari in suis legibus, si eas servent. Judeos, Christianos, Turcas c. 5, 28, 47, 48, et alii passim docet beatitudinem futura vita consistere in cibo, et potu, et uxorum multitudine, nec unquam in toto Alcorano mentio fit actionum spiritualium visionis, vel amoris Dei. Cap. 43. dicit Deum, et Angelos orare pro Malume-

CAPUT XI.

to. Similia absurdissima passim leguntur in Alcorano.

De Judeis, qui post Christi adventum scripsérunt, manifestum est ex libris ipsorum. Nam in primis in doctrina Thalmud, quæ est ipsorum verbum Dei non scriptum, inventi innumerabiles errores, de quibus vide Sextum Senensem, lib. II Bibliotheca sanctie R. Salomon, quem Judei maximis faciunt, in commentario capituli II Genesis in illud: *Hoc nunc ex ossibus meis* (1); dicit Adamum cum omnibus bestiis, et feris carnaliter congressum, nec potuisse libidinem explorare quoque ad Eve amplexus pervenit. Idem in cap. XXVIII. Numer. in illud: *In Kalendo autem offeretur holocaustum Domino* (2); ipse legit, holocaustum Domini, et dicit præceptum esse offerri holocaustum in die novilunii pro peccato Dei, quod commisit, cum diminuit lumen lunæ. Quam fabula narrat idem R. Salomon in caput I. Genes, in illud: *Duo lunaria magna*; Idem in caput IV Deuter. in illud: *Creatit Deus hominem* (3), dicit Adamum fuisse tam præcicum, ut capite oculum tangeret, cum esset in terra. Similia passim occurunt in libris Judæorum.

De Hæreticis antiquis idem ostendit potest. Nulla enim fere fuit hæres, quæ non haberunt manifestos errores. Gnostici inter alia frequentari debere docebant scortationes, et luxuriam omnem exerceri, tamen vitam continentem; Et si conceptus casu sequebatur, extrahebant de utero prægnantis, et contumum in mortario, ac melle, et pipere conditum devorabant; et hoc modo magnum Pascha se celebrare dicebant: Ita refert Epiphanius hæresi 26.

Carpocratiani docebant, teneri unumquemque ad omnia genera sclerum perpetrandam, et si cum moribundarum, non perpetraverant omnia, diebant animas remitti ad corpora, idque toties, donec implerent sclerum mensuram, et hoc modo exponebant illud Evangelii: *Non exies inde, donec reddideris novissimum quadrantem*: Ita refert Epiph. hæresi 27.

Montanistæ sacrificium efficiebant ex sanguine animalium infantis, quem minutis vulneribus acribus totum exprimebant in credibili crudelitate: Testis est Augustinus, hæres. 26.

Manichæi docebant, æquale peccatum es-

se praecidere folium de arbore, atque hominem interficere. Idem asserebant partes divine essentiae teneri captivas a principiis tenebrarum, et ex iis aliquas liberari, alias in aeternum damnandas: Augustinus hæres. 46.

Donatistæ, ut sciops martyres facerent, de mortibus ipsi se precipitabant, vel aquis præfocabant, vel in ignem coniugebant, vel mortem minabantur, et inferebant iis, qui eos occidere nollent: Testis Augustinus, ep. 30. et Theodoretus, lib. IV de hæret. fabulis. Ejus generis infinita adduci possent.

Sectari nostri temporis docent, omnem hominem justificari sola fide speciali, qua quisque certo credit, se proper Christum eorum Deo esse justum, quod cum quolibet paradoxo comparari potest. Non enim est id supra, vel præter rationem, sed plane contra omnem rationem. Quero enim, cum incipio credere me esse justum, vel sum justus, vel injustus; si justus, igitur non justificor per fidem, qua credo, me esse justum, quia ista fides est posterior mea justitiae; si injustus, ergo ista fides est falsa, ergo non est fides divina justificans, nisi dicamus, homines justificari per mendacium.

Præterea Lutherani omnes, maxime spiritum precum, et invocationem extollunt, et tamen hec fides tollit orationem Dominicam. Nam si certe credo, me nullum habere peccatum, mentior, si cum hac fide dico, dimittit nobis debita nostra. Præterea Calviniste Anabaptistas omnino damnant, nec censent posse eos justificari, nec salvari, nisi convertantur ab erroribus suis, et tamen sciant Anabaptistas certo credere se esse justos, ergo coguntur dicere eos simul et justos, et non justos esse.

Prater hoc dogma commune, singuli habent sua propria dogmata, plena manifeste absurditatis. Anabaptista præter alia multa habent nocturna conventicula; in quibus nuptias caninas exerceant, ut colligunt ex articulis eorum, quos Joannes Cochleus refutavit, et aperte etiam propriis sororibus junguntur. Art. 41, Anabaptistarum est: nemo debet publice predicare; art. 47. post sermonem fiat adhortatio, ut crescant, et multiplicentur; art. 49. licet fratri germano sororem in uxorem accipere.

Lutherani habent quasi proprium errorem illum manifestissimum, quod infantes,

(1) Gen. II, 23. — (2) Num. XXVIII, 11. — (3) Gen. I, 16; Deut. IV, 32.

dum baptizantur, utantur ratione, audiant verbum Dei, credant, diligent, quod in Syndo Wittembergensi anno 1336. publice definerant. Quod tamen aperite repugnat veritati, ut Augustinus epist. 37 ad Dardanum scribit, injuriam facere humanis sensibus, qui hoc dicunt. Quomodo enim credibile est infans, qui plorat, et reluctatur quantum potest, dum ablutitur, intelligere, quid agatur? Porro Calvinistae habent tanquam propriam sententiam illam, non modo pietatis, sed etiam rationis apertissime repugnantem, quod omnia absoluta necessitate eveniant, quodque Deus sit causa peccatorum, a qua Lutherani pene omnes jam discesserint.

At Ecclesia nostra Catholica nullum errorum, nullam turpititudinem, nihil contra rationem docet, etsi multa supra rationem. Proinde sola est absolute sancta, eique soli convenit, quod in Symbolo dicimus: « Credo sanctam Ecclesiam »: Quam rem ostenderunt adversus Paganos, Justinus in utraque Apologia, Tertullianus in Apologetic. cap. 36 et sequentibus, Arnobius lib. I, II, et III contra Gentes, Minutius Felix in Octavio, Augustinus in libris de civitate Dei. Contra Paganos autem et hereticos omnes, idem ostendit accurassime B. Thomas in libris contra Gentes.

Concludamus igitur cum S. Augustino lib. II de civit. Dei cap. 28: « Nihil in Christianis Ecclesiis turpe, et flagitiosum spectandum, imitandumque proponitur; ubi vero Dei aut praecpta insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur. » Et lib. XX, cap. 7: « Persuaderetur veritas nova consuetudini, sed non contraria rationi. »

CAPUT XII.

Nota nona.

Nona Nota est efficacia doctrinae. Sola enim vera Ecclesia habet doctrinam, non solum immaculatam, sed etiam convertentem animas, ut dicitur Psalm. XVIII, et sermonem vivum penetrantem usque ad divisionem animae, ac spiritus, Hebr. IV. Philosophi antiqui tametsi magnam sapientiam

ostentarent, et summa eloquentia leges suas populis suaderent, numquam tamen vel vicina oppida ad suas leges trahere potuerunt, ut docet Athanasius lib. de humanitate verbi, et Theodoretus lib. de legibus. Quia non erant verba eorum verba viva, sed mortua, non spiritus Dei, sed spiritus hominum. Mahometani autem traxerunt quidem multis, sed terrore armorum, non vi, et efficacia doctrine. Quare ipsemt Mahometus in Alcorano, cap. 18 et 19, docet bello cogendos homines ad fidem. Porro hereticum numerum, quod omnia absoluta necessitate eveniant, quodque Deus sit causa peccatorum, a qua Lutherani pene omnes jam discesserint.

At, inquires, Freculphus in Chronicō lib. IV, cap. 20. refert ab Arianis tempore Valentini Imperatoris totam gentem Gothorum a paganismō ad fidem conversam.

Respondeo, non ab Arianis Gothos esse conversos, sed misere deceptos. Gothi enim cum iam de finibus suis egressi sub Romani Imperii auspiciis militarent, et multa praeclarāa de Christianis audirent, sua sponte, nemine impellente, ab Imperatore petierunt Episcopos, a quibus docentur, parati ad credendum quidquid eis diceretur. Imperator vero, quia Arianus erat, Arianos Episcopos misit, atque ita Gothi misere decepti, cum Christiani fieri vellent, Ariani facti sunt, non tamen illa virtute, aut miraculis Arianorum. Quae enim difficultas est instillare venenum homini parato ad illud sumendum? Adde, quod Freculphus non integre historiam hanc refert; constat enim ex Socrate, lib. IV, cap. 27. Sozomeno, lib. VI, cap. 37. Theodoro, lib. IV, cap. ult. maiorem partem illorum Gothorum fuisse Christianam, et Catholicam, et ab Arianis postea deceptam. Non igitur convertunt homines ad fidem hereticī, nec possunt. Nam heretici habent quidem Scripturam, sed non habent verum sensum Scripturarum, qui proprie est gladius spiritus. Verba enim non tam gladius, quam vagina sunt, qua gladius spiritus confinetur. Cum ergo illi non pugnent gladio, sed vagina tantum, quid mirum, si non ferunt corda infidelium? Neque etiam mirum est, quod Catholicos pervertant, nam prius sunt homines ad descensum, ad viam

CAPUT XII.

latam et facilem, quam illi aperiunt. Et Deus id fieri sinit propter ingratitudinem eorum, qui semel sunt illuminati, et lumini accepto bonis operibus non respondent.

At Ecclesia vere sancta, et Apostolica olim brevissimo tempore per homines contemplates externa specie, sine armis, et sine pompa verborum totum Mundum traxit, id est, homines magnos, parvos, doctos, indocitos, juvenes, senes, viros, foeminas; Et traxit, non ad delicias hujus saeculi, sed ad res credendas supre omnem rationem, et ad crucem, et angustias, et vitam perfectissimam repugnantem carni et sanguini, et haec omnis propter premium nullum in hac vita, sed solum in futura. Et hoc ita persuasit, ut matuerint plurimi potius amittere omnes opes, honores, amicos, affines, et vitam ipsam, quam Christi fidem; De quo vide Athanasium, et Theodoretum locis notatis, et Augustinus lib. XXII de civit. Dei, cap. 5. Ubi ponit inter praecipua miracula, quod pauci Apostoli sola Verbi divini efficacia sine eloquentia, aut armis totum mundum subegerint.

Deinde a tempore B. Gregorii usque ad nostra tempora conversos multos a nostris probari potest testimonio adversariorum. Nam quod sexto seculo jussu B. Gregorii Anglos paganos non heretici, qui tunc etiam non deerant, sed Monachi Pontificis ad fidem Christi converterint, testantur Centuriatores, Cent. VI, cap. 2, col. 37.

Deinde tempore Canonis Papae, S. Kilianus a Papa missus convertit Francones, ut dicunt ipsimet Centuriatores, Cent. VII, cap. 2, col. 31.

Deinde tempore Gregorii II et Gregorii III, ac Zacharia Pontificum conversa est magna pars Germaniae ad fidem, non per hereticos Iconomachos, quibus tunc mundus abundabat, sed per S. Bonifacium Episcopum, et Martyrem, quem Papa Gregorius II misera, ut fatentur Centuriatores, Cent. VIII, c. 2, col. 20. ubi honorifice de eo loquuntur his verbis: « Hoc seculo postquam illuxit tempus, quod Dominus sua misericordia prefinivit, majori cum fructu res successit. Nam exilavit Dominus Vinofridum, quem Romani dixerunt Bonifacium, cum suis collegis ad Ecclesias sue in Germania propagationem, et opus manuum eorum ipse gubernavit, et promovit etc. »

Hic erant obliiti Centuriatores S. Bonifacium fuisse Papistam, propterea tam bene

de eo loquuntur. Nam in praefatione ejusdem Centuriae Blasphemi, et ingratissimi in suum Apostolum sic loquuntur: « Hanc ad rem habet Papa suos dromones egregios, peritisimos ejusmodi aequiolorum, audaces, temerarios, qui premissi, et honoribus illecti, et irretiti, sedulam operam in omnibus nationibus, et regnū navant. » Et infra: « Talis fuit dromo, Bonifacius ille, Germanorum Apostolus dictus, qui in hoc summo studio, arte, ac vi incubuit, ut universam Germaniam in potestatem Papae Romani redigeret. Et si autem in nonnullis locis Ethnicam idolatriam abolevisse narratur, tamen religionem Christianam non seminavit puram, et incorruptam. » Et infra: « Ea fuit insolentia inflatus iste Pseudoapostolus, ut non modo monitores omnes ex alto despiceret, verum etiam apud tyrannum illum Romanum invidiōse deferret tanquam hereticos, et turbatores Ecclesie etc. » Ecce quomodo tractant Apostolum Germaniae, de quo omnes historici ejus temporis honorificentissime loquuntur.

Deinde Centur. IX, cap. 2, col. 45. fatentur, Monachos Corbeientes convertisse Wandalos, et col. 18. fatentur Bulgarios, Selavos, Polonus, Danos, Moravos, eos seculo conversos, subiectos fuisse Romanii Pontificibus. Ex quo apparet a Papistis fuisse conversos. Item Cent. X, cap. 2, col. 18 et 10, plures reges, et populos ad fidem conversos docent opera Henrici I Imperatoris, et Adalberti Bohemorum, ac Methodii Moravorum Archipresulorum, quo omnes Papistas fuisse negare non possunt, cum constet eos Pontificibus Romanis subiectos fuisse.

Denique Cent. XI, cap. 2, col. 27. docent, Hungaros magna ex parte hoc seculo conversos, et Episcopos illi genti datos, a Romano Pontifice confirmatos fuisse, petente banc eorum confirmationem S. Stephano Hungarorum Rege nuper converso.

Post illa tempora non defuerunt etiam in Ecclesia Catholica similes conversiones, si quidem Adrianus Pontifex IV, ante sumum Pontificatum ab Eugenio Papa missus, Norwegiam ad fidem convertit, ut Platina, aliquae testantur; et ni fallor, ipsi etiam Centuriatores Centuria XII quam una cum XIII editam audio, sed nondum vidi. Ab uno S. Vincentio ordinis Predicatorum constat esse conversos ad fidem vigintiquinque milia, partim Judaeorum, partim Saracenorum, ut scribit B. Antoninus 3. parte hist. tit.

XXIII, cap. 8, §. 4. qui floruit eadem aetate. Denique, hoc nostro saeculo in novo orbe multa milia Gentilium Catholici converterunt. Iudeorum quoque singulis annis convertuntur et baptizantur Romanus aliqui a Catholicis Pontifici Romano addictis, nec deunt etiam Turcas, qui tum Romanus, tum alibi a Catholicis convertantur. Lutherani vero vix unum aut alterum converterunt, cum tamen comparent se cum Apostolis, et Evangelistis, et habeant in Germania plurimos Judaeos, et in Polonia, et Hungaria viceinissimos Turcas. Rectissime igitur B. Augustinus lib. XIII contra Faustum, cap. 12. comparat haereticos cum perdidicibus, que congregant pullos, quos non pepererunt: cum e contrario Ecclesia sit columba fecundissima, que quotidie parit novos pullos.

CAPUT XIII.

Nota decima.

Decima Nota est Sanctitas vita auctorum, sive primorum Patrum nostre religionis. Ecclesia enim vera non solum habet doctrinam sanctam, et efficacem, sed etiam Doctores sanctos, et signorum gloria clarissimos. Nume de probitate, postea de miraculis dicentes.

Jam ergo si quis consideret magistros Ecclesiae Catholicas, primum Patriarchas, et Prophetas, deinde Apostolos, tum Doctores, qui contra singulas haereses dimicarunt, denique institutores ordinum religiosorum, inventet omnes tam sanctos, castos, pios, sobrios fuisse, ut adversarii nihil habeant, quod reprehendant, nisi nimiam sanctitatem: ut B. Augustinus ait de Monachis sui temporis, libro de moribus Ecclesiae, cap. 31. et idem Augustinus lib. II in Julianum de Catholicis Doctribus ait: « Iсти sunt Episcopi, et Pastores docti, graves, sancti, veritatis acerrimi defensores, qui Catholicam fidem in laete suxerunt, in cibo sumperserunt, cujus lac, et cibum parvis, magnisque ministri traverunt. Talibus post Apostolos sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, adificatoribus, pastoribus, nutritoribus crevit. Adde, quod Bernardum, Dominicum, et Franciscum, sanctos fatentur fuisse, Luthe-

rus cap. 2. libri de captivitate Babylonica, Philippus in Apolog. art. 5. et 27. et alii ex adversariis.

At Ethnicorum Doctores fuerunt vel Poete leves, vel Philosophi superbi, utrique autem impurissimi. Nam praecipios sapientes Graecorum supra modum impudicos fuisse, adeo, ut etiam apud suos essent infames, praeceps proper vitia contra natum, testis est Athenaeus lib. XIII, cap. 27. et ex nostris Theodoreto libro de legibus, et aperte etiam B. Paulus Rom. I. Mahometo autem nihil incontinentius fingi potest, nam ipse in Alcorano cap. 43. dicit se a Deo privilegium accepisse conjugendis sibi omnes feminas, quas dilexisset, quamvis consanguineos essent.

De haeresiarchis plurima dici possent, sed unum est vitium omnibus commune, superbia. Augustinus libro de pastoribus cap. 8: « Diversis locis, inquit, sunt diversa, sed una mater superbia omnes genuit, sicut una mater nostra Catholica omnes Christianos fideles toti orbe diffusos. » Et certe nulla haeresis invenitur ex intentione, et per se inventa, sed per accidentem ex aliqua mala occasione, ut solent monstrare generari.

De Theobute primo omnium haeticorum scribit his verbis Hegesippus apud Eusebium lib. IV hist. c. 22: « Tunc, inquit, Ecclesia virgo vocabatur, quia nondum fuerat adulterini verbi subreptione corrupta: sed Theobutes quidam, quia repulsa meruit Episcopatus, copit initio perturbare omnia, et corrumpere. »

Post hunc surrexit Simon Magus, quem constat ex Act. VIII. Episcopalem autoritatem ambivisse, et data pecunia emere voluisse. Ubi vero exclusus fuit, haeresim novam excoigitasse, ut qui in Ecclesia non poterat, saltem extra eam principatum gerret.

Paulo post Simonem exstilit Valentius, de quo sic Tertullianus libro contra Valentianos, non procul ab initio: « Speraverat, inquit, Episcopatum Valentius, quia et ingenio poterat, et eloquio, sed alium ex martyrii prærogativæ loci potitum indignatus, de Ecclesia authenticæ regule abruptus, (ut solent animi pro prioratu exciti presumptione ultionis accendi) etc. »

Exoritur deinde Marcion, de quo sic Epiphanius haeres. 42. circa initium: « Æmulatione, inquit, clatus Marcion, ubi non acceptit præsidentiam, et ingressum Ecclesiæ,

CAPUT XIII.

395

excoigitat sibi ipsi consilium. » Et infra: « Æmulatione, inquit, igitur commotus, et ad magnam indignationem, et superbiam elatus fissuram efficit, sibi ipsi haeresim erigens, ac dicens: Ego findam Ecclesiæ vestram, et mittam fissuram in ipsam in æternum, et revera fissuram immisit non parvam; sed non Ecclesiæ fudit, verum scipsum, et eos, qui ipsi obediunt. »

De Montano sic scribit Theodoreto I. III de hereticis fabul. : « Is, inquit, ambitione, et primum locum obtinendi cupiditate motus, seipsum Paracletum vocavit etc. » De Novatiano idem scribit ex Cornelio in epist. ad Fabium lib. VI hist. cap. 33. : « Refert, inquit, quod Episcopatus cupiditate, quam intra se latenter gerebat, in has omnia deciderit, » Sabellius, inquit Epiphanius, haeres. 57. « ad majorem fastum ac dementiam delatus, seipsum dixit esse Mosem, et fratrem suum Aaronom. » Arius, ut ait Theodoreto lib. IV de haereticis fabul. in principio: « Cum esset relatus in numerum Presbyterorum Alexandrinæ Ecclesiae, et magnum Alexandrum in pontificali cathedra sedentem videret, invidiæ stimulo percutitus est; cumque adversus eum eugna committenda materiam quereret, occasionem invenit dogmatum impietatem. »

De haeresi Semiarrianorum sic loquitur Epiphanius haeres. 73. : « Itaque ad contentionem devenerunt, inquit, idem rursus cum sodalibus suis, propter odio quædam et æmulationem humanam, rixantes inter se, et de principatu litigantes. » De Aorio idem Epiphanius haeres. 73. : « Cum autem, inquit, venisset Eustachius ad Episcopatum, Aerus magis concepit, sed non pervernit ad ipsum. Hinc oritur æmulatione. »

Nestorium scribit Theodoreto lib. IV haeret. fabularum, « magnam partem retatis egisse occupando favorem populi fusca veste, simulato pallore, compositis verbis, donec tandem ad Episcopatum pervenit. De Sabatio item Earesiarchi scribit Socrates I. V hist. cap. 20. : « Quin etiam, inquit, adipisciendi Episcopatus desiderio flagrabat. » Joannem Wiclefum, quia Episcopus esse non potuit, haeresiarcham factum scribit Thomas Waldens. lib. II doct. fid. cap. 60.

Eodem modo secetas hujus temporis exortas esse ex ambitione, superbia, invidentia, odio, adversari certe negare non possunt. Nam initium primum omnium haeresum hujus temporis constat invidentiam, et

ambitionem Lutheri, ægre ferentis munus promulgandarum indulgentiarum a sui ordinis Monachis, ad Monachos ordinis Prædictorum translatum fuisse, ut scribit Joannes Cochlaeus in actis Lutheri anno 1517. Unde (ut idem refert paulo post in actis anni 1519) in prima disputatione, que Lipsia habita est inter Lutherum, et Eckium, exclamavit Lutherus: « Haec causa nec propter Deum cepta est, nec propter Deum finitur. » Idem in epistola ad Argentinenes dicit, se libenter negaturum fuisse in Eucharistia esse corpus Christi, si Scriptura non essent tam clara, qui ea ratione videret se multum Papatu posse incommodare.

Idem in libro contra Regem Angliae tanta superbia jactat se, et sua, ut dicat Reges, Principes, Pontifices etc. non esse dignos, qui solvant suarum corrigiam calcamento rum; et se pro sancto viro velle haberi, ve lint, nolint homines; et se non magni facere mille Cypranos, et mille Augustinos. Et in libro de Missa angulare, ut Patrem suum esse ostenderet eum, qui est Rex super omnes filios superbiae, dicit se a Diabolo doctum, quod Missa esset res mala, et rationibus Diaboli convictum abolevisse Missam. Denique tantus fuit Lutheri fastus, ut etiam a suis tolerari non potuerit: Sic enim de eo scribit Conradus Gesnerus in universalis sua Bibliotheca: « Illud, inquit, non est dissimilandum, virum esse Lutherum vehementis ingenii, impatiensem, et qui nisi per omnia sibi consentientes ferre nesciat. » Et infra: « Dominus faxit, ne contentione, et impudentia oris obsit Ecclesiæ sua, cuius olim crepundia tam feliciter promovit.

Tigurini vero Ministri in responsione ad librum, quem inscriperat Lutherus contra Zwinglium, sic aiunt: « Propheta, inquit, et Apostoli Dei glorie, non privato honori, non sue perhincias, et superbias studebant. Lutherus autem sua quaerit, pertinax est, insolenta nimia effertur, et in omnibus corripionibus suis plurimum maligni spiritus, quam minimum vero amici, et paterni ani mi deprehenditur. » Similes sunt Lutheri discipuli omnes, e quorum libris si jactationes, mendacia, scismaticæ, maledicta, con via tollerentur, ex maximis voluminibus vix libelli perexigui offici possent.

Quod vero attinet ad populum, sunt quidem in Ecclesia Catholica plurimi mali, sed ex haereticis nulus est bonus. Et quamquam res ipsa notissima est illis, qui norunt mores

utrumque, tamen non est contemnendum Lutheri testimonium ab ipsa veritate extortum. Is in postilla super Evangel. Dominicæ prime Adventus sic ait: « Mundus in dies sit deterior, sunt nunc homines magis vindictæ cupidi, magis avari, magis ab omni misericordia remoti, magis immodesfi, et indisciplinati, multoque deteriores, quam fuerint in Papatu. » Hæc ille. Testimonium hoc verum est, cui non assimilabile est testimonium Jacobi Andreae Smidelinii in concione 4. super cap. XXI Lucae, cuius concionem partem habes apud Petrum Canisium lib. I, cap. 4. de corruptili verbis Dei. Altera sic loquitur de Letheranis suis Smidelinii: « Ut totus mundus agnoscat eos non esse Papistas, nec bonis operibus quidquid fidere, illorum etiam operum nullum exercent penitus. Jejunii loco comedationibus, et perpetuationibus nocte dieque vacant. Ubi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglubunt et excoriant. Precationes vertant in juramenta, blasphemias, et divini nominis execrationes, idque tam perdite, ut Christus ne ipsi quidem Turcis hodie tantopere blasphemetur. Demum pro humilitate regnat passim superbia, fastus, elatio, atque hoc universum vite genus ab illis Evangelicum dicitur institutum. » Hæc ille.

Addam et tertium testimonium Erasmi, qui ei res eorum optime noverat, et ab eorum doctrina non omnino abhorre re visus est. Is igitur in epistola ad Vulturium Neocomum, quam scriptis anno 1529. « Circumspice, inquit, populum istum Evangelicum, et observa, num minus illi indulgetur luxi, libidini, et pecunie, quam facient ii, quos detestantur. Profer mihi, quem istud Evangelium ex commissatore sobrium, ex feroce mansuetum, ex rapaci liberalem, ex maleficem bene dicum, ex impudico reddiderit verecundum. Ego tibi multos ostendam, qui facti sunt seipsis deteriores. » Vide, si placet, Joannem Cochleum prefatione libri de actis et scriptis Martini Lutheri (1).

CAPUT XIV.

Nota undecima.

Undecima Nota est Gloria miraculorum. Sunt autem duo fundamenta premittenda. Unum, quod miracula sint necessaria ad novam fidem, vel extraordinariam missionem persuadendam. Alterum, quod sint efficacia, et sufficientia, nam ex priore deducemus non esse apud adversarios veram Ecclesiam: ex posteriori deducemus eam esse apud nos.

Quod igitur miracula sint necessaria, probatur primo Scriptura testimonio. Exod. IV cum Moses mittetur a Deo ad populum, ac diceret: *Non credent mihi, neque audient vocem meam.* Non respondit Deus, debent credere, velint nolint, sed dedit illi protestem faciendo miracula, et ait: *Ut credant, quod apparuerit tibi Dominus etc.* (2). Et in novo Testamento Matth. X: *Euntes, predicare dicentes: Appropinquauit regnum celorum, infernos curate, mortuos suscitare, leprosus mundate, dæmones ejicite.* Joan. XV: *Si opera non fecissem in eis, quae nemo aliud fecit, peccatum non haberent* (3).

Præterea qui mittitur, debet ostendere testimonio ejus a quo mittitur, suam autoritatem, alioquin nemo tenetur eum recipere. Omnis autem, qui mittitur ad predicandum, vel mittitur a Deo per ordinarios prelatos, vel extraordinaire a solo Deo; et quidem qui mittitur per ordinarium Prelatum, debet ostendere testimonium ordinarii Prelati, nimirum litteras ejus sigillo munatas; qui vero mittitur a solo Deo, debet ostendere sigillum Dei, quod nihil est aliud, quam miraculum. Si enim dicitur Marc. ult.: *Illi vero profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.* Et Heb. II: *Contestante Deo signis, et virtutibus* (4).

Denique adeo est hoc verum, ut non solum B. Augustinus lib. XXII de civit. Dei,

(1) De qua materia non pauca inveniuntur in operibus, cui titulus: *La Réforme contre la Réforme*, auctore Horninghaus; et *La Réforme, son développement intérieur*, auctore Döllinger, qui liberalismi secte nondum adductus, scriptis sibi Ecclesie amorem conciliabat. — (2) Exod. IV, 1 et 5. — (3) Mat. X, 7 et 8; Joan. XV, 24. — (4) Marc. XVI, 20; Hebr. II, 4.

CAPUT XIV.

397

cap. 8. dicat miracula fuisse necessaria, ut mundus crederet, sed eliam Philippus Melanchthon id concedat, nam in c. III Matth. dicit, quando magnæ sunt tenebrae, vocari novos Doctores, et semper addi a Deo miracula, ut certo sciamus a Deo esse missos.

Jam quod attinet ad secundum, quod miracula sit testimonium sufficiens, et ubi est verum miraculum, ibi sit vera fides, facile probari potest. Si quidem vera miracula non possunt fieri, nisi Dei virtute; dictur enim miraculum, quod superat vires omnium creaturarum, et ideo omnibus creaturis est mirabile, et propterea eliam in Scripturis dicitur testimonio Dei, ut supra vidimus. Quare, quod miraculo confirmatur, Dei testimonio confirmatur, Deus autem non potest esse testis mendacii, igitur quod miraculo confirmatur verum sit necesse est. Neque repugnat, quod vera miracula non semper fiunt ad confirmandam fidem, sed interdum ad illustrandam Sanctorum vitam; nam cum miracula fiunt ad gloriam alieci sancti demonstrandam, illa miracula ostendunt eum hominem vere esse sanctum. Cum autem nemo sit vere sanctus sine vera fide: *Quia justus ex fide vivit* (1); eadem miracula ostendunt, et confirmant veram fidem.

His iactis fundamentis facile erit colligere apud Ethnicos, Turcas, Judeeos, Hæreticos non esse veram fidem, nulla sunt enim apud eos vera miracula, et tamen omnes illi nomen doctrinam prædicant, et non sunt missi ab ordinariis Praelatis.

De Paganis notum est, nam solum leguntur quadam levia, que facilissime arte demonis fieri possunt, quae sunt que refert Valerius Maximus, lib. VIII de statu, de bratis loquentibus, deque Virgine Vestali aquam scribro hauniente, et M. T. de augure, qui novacula coem scidit, libro I de divinatione. Quæ omnia quomodo a demonibus factillime fierent, ostendunt, Tertullianus in Apolog. cap. 22. et 23. et B. Augustinus l. X de civitate Dei, cap. 16.

De Judeis post Christi adventum notum est, non habuisse eos illa miracula, et id unum de piscina, quod adhuc durabat Christo prædicante, postea interiisse.

De Mahometanis testatur Damascenus lib. de centum hæres. circa finem, Mahometum

nullo testimonio probare potuisse suam legem. Et in Alcorano ipse fatetur Christi miracula, sibi gladium esse datum: tamen cap. 64. dicit, tantum semel in luna nescio quod miraculum fecisse, non enim clare explicat. Expositores autem dicunt aliquando lunam in duas partes fuisse divisam, tunc Mahometum eam in manus accepisse, et reparatam ad colum remisisse, sed neminem fuisse, qui videret hoc miraculum, nisi auctorem, id est, Mahometum.

De falsis Prophetis, et Hæreticis non minus est certum, eos et sepe miracula facere conatos, et semper spe sua esse frustratos. Nota est Historia Prophetarum Baal, qui ignem de coelo deducere voluerunt per invocationem Baal; nec tamen potuerunt quod tamen verus Prophetæ Elias per invocationem veri Dei nullo negotio effect. Vide lib. III Regum cap. 18.

Pari ratione delosum Simonem Magum scribit Hegesippus lib. III de exilio Hierosol. cap. 2. nam et mortuum excitare, et per aërem volare tentavit, sed nihil ei successit. Manicheus frustra conatus filio Regis agravanti sanitatem afferre scribit Epiphanius hæres 66. Cyrolam Patriarcham Arianorum plane excœasse miserum quedam, qui se caecum fixerat, et ab eo presidium implorabat, scribit Gregorius Turonius lib. II histor. Francorum, cap. 3. Euomianum quendam a S. Machario victimum in contentione de suscitatione hominis mortui, scribit Joannes Cassianus collatione XV, c. 3. Polychronium Monothelitam frustra sudasse in excitatione alterius ejusdem defuncti, testantur publica acta sextæ Synodi, act. 15.

De Donatistis quod contra se miracula ferent, dum ampullam Chrismatis projecterunt in saxa, quæ Angelica manu sustentata frangiri non potuit, et dum Eucharistiam canibus dare voluerunt, et ipsi ab eisdem canibus discripti sunt, scribit Optatus l. II contra Parmenianum.

De Thymotheo Äluro Eutychiano scribit Theodorus lector lib. I. collectaneorum, per multas noctes cum habitu nigro indutum per cellas Monachorum discursisse, dicentem: se esse Angelum a Deo missum, ut illis significaret, ne Proterio (is erat vir sanctus, et Catholicus Episcopus Alexandriæ) communicaarent; sed ejus loco Timotheum Älurum Episcopum designarent.

(1) Hebr. X, 38.